

4.  
2

**I**ncipit libellus quidā editus a domino bona  
uentura seraphico doctore sacrosancte rōne ecclesie  
Cardinali dignissimo qui ab eodem **G**entiloquiū  
sue **G**entilogium intitulatur. opus licet paruum  
tamen p̄fructuosum ; ~ ~ ~ ~ ~

**A**Ecce descripsi eam tibi tripliciter ī co  
gitationibus ⁊ in sciencia vt ostende  
rem tibi firmitatem et eloquia verita  
tis. respondere ex h̄ys illis qui mise /  
runt te **P**rouerbioꝝ. vice sumo. Informans in  
h̄ys verbis eum qui intendit ad predicacionis offi  
cium promoueri ⁊ quatuor innuit studioso discipu  
lo videnda. scilicet in quo est semper studendum.  
quia ad discrecionem boni in trina tradicione ⁊ di  
cens **A**Ecce descripsi eam scilicet sacram doctrinam  
tripliciter. quia ad discrecionem boni et mali īfoꝝ /  
maui racionalem. ad erectionem māli animam  
irascibilem. ad dilectionem boni excitauī concupi  
scibilem **I**tem tripliciter doctrina sacri canonis ē  
descripta. quia preter litteralem sensum tribꝯ mo  
dis creditur exponenda. scilicet **T**ropologice siue  
moraliter. **A**llegorice. et **A**nagogice. **T**ropologia  
siue moralis est quando per illud quod factum est  
datur intelligi quod faciendum est. **A**llegoria est  
quando per illud quod factum est aliud indicat̄ scz  
qd̄ credendum est. **A**nagogia est q̄si sursum ductio

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF

LIBR.  
IN  
VOC.  
ILLUSTR.  
DUSSELDF.

quando per unum factum intelligendum est illud  
quod desiderandum est. scilicet eterna felicitas be-  
torum. **S**ecundo de quo est conferendum. qui-  
a de audita lectione quia addit. in cogitationibus  
et in scientia: ut cogites que audisti. et frequenter  
intellectum cogas ad ruminacionem. id est audita  
et ruminata apprehendas per cognitionem. **T**er-  
cio quod proponendum in predicacione. quia precep-  
ta moralia que sub lege nature scripture et gracie  
firma et immobilia permanserunt et euangelica  
precipue. que ex ore altissimi prodire. **C**um dicit  
ut ostenderem firmitatem et eloquia veritatis.  
**Q**uarto quid tenendum in interrogacione. quia p-  
ea que sunt ex lectione percepta. in racione collecta  
et in predicacione concepta: respondet cum subiu-  
git. **E**t respondere ex hijs illis qui miserunt te. id  
est misit te quando examinavit te. **I**n adminicu-  
lum itaq; paruulorum. rudis rogatus a rudibus  
rudem tractatum rudibus copilauit. **I**n quo rudi-  
um ruditas circa generalia saltem theologie rudi-  
ter poterit erudiri. et ex lacte infancie ad cibum so-  
lidum preuia dei gracia cum sensus industria pre-  
parari. **C**ollegi autem hec ex dictis proborum. quod  
hinc inde decerpens in unius opusculi angustiam  
coartauit. **Q**uia quia centum recepit lectiones. **G**en-  
tiloquium poterit appellari. **P**ro cuius continenci-  
a ut facilius pateat inquirenti: premittuntur centum

tituli sectionū. qui ex quatuor p̄tibz distinguunt̄  
In uniuerso agit̄ de q̄tuor in p̄nti opusculo scz  
Primo de malo sub rōne culpe  
Sec̄do de malo sub rōne pene  
Tercio de bono sub rōne gracie  
Quarto de bono sub rōne glorie

**C** Prima ps habet .xxvij. sectiones

Prima de malo culpe in ḡnali  
Sec̄da de temptacōne  
Tercia de diffinīcōne peccati  
Quarta de peccato originali  
Quinta de peccato actuali  
Sexta de peccato mortali et veniali  
Septima de ignorantia  
Octaua de omīssione et negligentia  
Nona de Comīssio  
Dec̄ia de errore p̄uo iudicio et p̄sonarū acceptōne  
Undecimo de peccato cōsensus cōtra cōscienciam  
et p̄plexitatem  
Duodecima de mendacio  
Dec̄iatercia de adulaōne maledicōne et detractōe  
Dec̄iaquarta de peccato operis  
Dec̄iaquinta de septē vicijs capitalibus in ḡnali  
Dec̄imalex̄ta de differēcia inter capitale viciū ini  
ciū peccati et radicem malorum